



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vetvstissima Inscriptio Qva L. Cornelii Scipionis Elogivm Continetvr

Sirmond, Jacques

Romae, 1617

Epigramma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11033

Epigramma.

Floruit hoc olim virtus tua viuida saxo
Scipio, sed longa nocte sepulta fuit.
Nobilis Interpres Mundo tua facta renarrat,
Et iubet ex atra surgere morte decus.
Hoc duce nunc iterum post inuida fata resurgis.
Quod tibi tempus edax abstulit, ille dedit.

Epigramma.

Credidit inscripto producere marmore vitam
Scipio: sed vitam mortua saxa negant.
Rursus ab ingenio longos sibi destinat annos;
Hanc Romana tibi dant monumenta fidem.
Componas antiqua nouis si marmora chartis;
Has nasci, dices, illa docere mari.

Epigramma.

Nulla fides oculis, semeso in marmore cerne
Qualia, si nescis secula nulla dabunt.
Pars quota Scipiadum hic? Primæ incunabula linguae
Admirare, nouos dat sibi Roma modos.
Ne contemne. rudi taceat, vel marmore, quanta
Fatur in eximio, quem tibi rara Duce.

Disthicon.

Debile principium Romana respice linguae.
Hic se miratur Roma diserta rudem.

ILLV-